



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-214312-p0001-3

DFG



D. O. M. B. I. 1592, II  
CONCLVSIONES SEQVEN-  
TES DE PROMTAS  
SUBSTITUTIONIS  
EMATE & EXECVTIONIS  
RIA & PROTESTATIONIS  
TESTAMENTORVM A FI-  
LIIS FAMILIAS ET CLE-  
RICIS CONDITORVM.

SVB PRÆSIDIO  
MAGNIFICIVIRI DOMINI  
IOHANNIS STROMERI IV-  
RIS CONSULTI, PROFESSORIS, ET  
FACULTATIS IVRIDICÆ IN IN-  
CLYTA SALANA ACADEMIA.

ORDINARII  
PRO SVPREMO IN VTRQ.  
QUE IVRE GRADU CONSEQUENDO  
PVBLICÆ CENSVRÆ VEL  
DISPVTACTIONI SVBIICIET

M. OTTO SCHVALENBERG  
STETINENSIS.

CALEND. DECEMBR. ET  
DIE SEQVENTE AB HORAVII. MA-  
TUTINA IN AUDITORIO NO-  
VO IVRISCONSVL.



IENAE

TYPI TOBIAE STEINMANNI  
ANNO CHRISTICIO CI XCI.

M

18

131  
No

A M P L I S S I M I S,  
D O C T R I N A , P R V D E N -  
T I A O M N I Q V E V I R T V -  
T V M G E N E R E P R A E S  
S T A N T I S .

R E I P V B L I C A E L I P S I E N S I S  
C O N S V L I B V S , Æ D I -  
L I B V S , P R A E T O R I B V S  
S E N A T O R I B V S ,

D O M I N I C I S , P A T R O -  
N I S , F A V T O R I B V S S . S I N -  
G V L A R I S T V D I O S E M -  
P E R C O L E N D I S

M . O T T O S C H V A L E N -  
B E R G , S T E T I N E N S I S

O B S E Q V I I E T O B S E R -  
V A N T I A E D E C L A R A N D A E  
A N I M O O F F E R T  
D E D I C A T Q .



S,  
N-  
I S  
I-  
O-  
N-  
R-  
E  
S, ΘΕΟΤ ΔΙΔΟΝΤΟΣ

Ex l. precibus 8. C. de Impuber. & al.  
subst. c. I. de testa. in 6.

I.



V B S T I T U T I O P V P I L L A R I S  
tacita, quæ in vulgari expressa impuberi  
filio in potestate constituto facta, contine-  
tur, adita hereditate nequaquam expirat.

II.

Igitur instituto ante pubertatem mo-  
riente, venientes ab intestato per substitutū excluduntur.

III.

Matrem excipimus, & aviam cum Bart. Quæ non ex-  
cluduntur, nisi de contraria testatoris voluntate doceatur.

IV.

Vel transeat mater ad vota secunda: Ob hunc enim  
transitum illam per substitutum excludi utcunque Ioan.  
Imm. & Ias. reclamantibus, defendetur.

V.

Fratrem quoque pupilli per tacitam pupillarem ex-  
cludi verior & receptior est opinio.

VI.

Expressa verò pupillaris ipsam etiam matrem exclu-  
dit.

VII.

Vt ne legitimam quidem mortuo filio impubere pos-  
sit detrahere.

VIII.

Ne de bonis quidem filii adventitiis, vel aliunde  
quam à parente præmortuo acquisitis.

A 2

Neque

I X.

Neque expressa pupillaris matrem solummodo excludit, verum etiam tacita sub compendiosæ verbis comprehensa.

X.

Quæ iuris communis doctrinæ in omnibus casibus præmissis quo ad legitimam quidem matris, per constitutionem Saxoniam El. 8. p. 3. correctæ sunt, sed quo ad reliquorum bonorum successionem etiam in terris iuris Saxonici obtinebunt.

X I.

Compendiosa autem substitutio, si fiat verbis obliquis, indistinctè valebit ut fideicommisum.

X II.

Idem est si communibus vel directis verbis substitutatur puberi.

X III.

Sin verò impuberi compendiosè substituatur verbis communibus, à gl. & Bart. in h. l. affirmantibus, talem substitutionem quocunque etiam tempore heres decebat, producere fideicommisum, recedentes.

X IV.

Sequemur gl. in §. qua ratione Instit. de pupill. subst. Cuius opinionem & veritati magis consentaneam, & cibrioribus. Ddm. calculis approbatam ostendemus.

X V.

Compendiosa igitur substitutio verbis communibus facta, filio ante pubertatem moriente, valebit ut directa, post pubertatem ut fideicommisaria.

X VI.

Compendiosam porro directis verbis conceptam post pubertatem evanescere, plerisque iuris civilis Dd. plus cuit.

cuit. Nos ex æquiore Canonistarum sententia , eam in  
fideicommissariam transfire asserimus.

XVII.

Quæ omnia, Accursio repugnante, extendimus etiam  
ad substitutionem, Si sine liberis decesserit.

XVIII.

Vnde moriente filio post pubertatem , venientes ab  
intestato succedunt quidem , sed coguntur hereditatem  
substituto , seu fideicommissario restituere.

XIX.

Detracta prius , si voluerint , Trebellianica.

XX.

Separatis etiam & detractis bonis omnibus, quæ her-  
es aliunde, quam à testatore accepit.

XXI.

Quod posterius commodum mater in casto postremo  
l.h. sentiet: reprobatis iis, quæ de Trebellianica deducen-  
da Irnerius hic intempestivè addit.

XXII.

Ius quoque patronatus , & sepulchrorum heres insti-  
tutus , eiusque successor , fideicommissario hereditatem  
restituentes, retinebunt.

XXIII.

Practicam denique Notariorum , qui metuentes , ne  
in illis tricis & labyrinthis verborum directorum , com-  
munium & obliquorum cum errore incedant, è voluntate  
testatoris clausula tali substitutionem concipiunt. QVAN-  
DO CVNQVE HERES INSTITVTVS DECESSERIT , substi-  
tuo ei Sempronium vulgariter , pupillariter & per fidei-  
commissum , nequaquam improbamus.

*Ex l. à Divo Pio 15. §. si super rebus;  
de re iudic.c.super eo 15.de off.deleg.*



*XXIV.*

Tertius ratione interesse sui executioni rei iudicatæ  
contradicens, ante executionem audiendus.

*XXV.*

Nec exceptione trium conformium sententiarum.

*XXVI.*

Vel instrumenti guarentigiani, vigore forsitan statuti  
executionem in dorso paratam ferentis, repelli poterit.

*XXVII.*

Non bina appellatione à litigantibus iam interposita.

*XXVIII.*

Nec clausula commissioni Principis adiecta, *Remota  
appellatione &c.* ab appellando excludetur.

*XXIX.*

Quando autem tertius super re, in qua executio pa-  
ratur, controversiam movet, Iudex exequens summarie  
cognoscet, an res sit debitoris victi, an contradictoris,

*XXX.*

Sique in hoc summario iudicio pronunciatum fuerit  
rem esse debitoris victi, executionis ordo suo marte de-  
curret.

*XXXI.*

Et victor salvo iure possessionis, si penes contradic-  
torem illa forte fuerit, in quasi possessionem dominii vel  
actionis realis victo competentis mittetur.

*XXXII.*

Sin pronunciatum fuerit rem ad tertium contradic-  
torem spectare dimittenda erit executio.

Sin

XXXIII.

Sin probationes tertii contradicторis sint eiusmodi,  
quæ altiorem indaginem requirant, executio non impe-  
dictur.

XXXIV.

Præstabittamen victor tertio contradicторi cau-  
tionem indemnitatis, in eventum si iura sua ordinariè dedu-  
cat.

XXXV.

Sententia enim in hoc summario executionis iudicio  
lata, faltem proderit victori ad usucaptionem.

XXXVI.

Cum possit succubens, adversus victorem ordina-  
rio iudicio & reali actione coram competente iudice ex-  
periri.

*Ex l. non solum, 8. §. morte, de Nov. oper.  
nunt, c. cum M. Ferrariensis 9.  
de const.*



XXXVII.

Per protestationem animi nostri declarando intentio-  
nem, iura nova acquirere, periclitantia conservare, &  
damna præcavendo depellere possumus.

XXXVIII.

Ad eam, quodlibet tempus, actu cui adjicitur non-  
dum perfecto, idoneum.

XXXIX.

Quemlibet locum congruum.

XL.

Scripturam præterea haud necessariam statuimus.

Magna

XLI.

Magna autem licet protestationis vis sit , contra legum tamen dispositionem , nihil operatur.

XLII.

Igitur qui salvo honore mentiris.

XLIII.

Et qui doleo , inquit , te falsi damnatum.

XLIV.

Similiter qui testibus crimen objicit ab iniuria non excusantur salvi honoris , dolentis animi , & defensionis protestatione.

XLV.

Frustrà etiam actionem edentes protestantur de addendi , minuendi , corrigendi &c. iure reservato.

XLVI.

Ex instrumentis quoque ab altera litigantium parte , cum protestatione , IN HIS QVAE SIBI UTILIA SVNT , productis , judex adversus producentem se instruere poterit.

XLVII.

In iis vero , quæ non à legum dispositione , sed à sola protestantis voluntate pendent , protestationem multum operari , juris est haud incerti.

XLVIII.

Sed quamvis in eiusmodi rebus , protestatio actui , cui in continente accedit , fuerit contraria , valebit tamen protestatio , & vitiabitur actus .

XLIX.

Sin autem protestationē simpliciter factam actus contrarius ex intervallo sequatur , valebit actus ; & vitiabitur protestatio .

L.

Contra in contractibus & rebus iis , quæ duorum consen-

2

consensu perficiuntur , si protestationem utriusque partis  
consensu approbatam factum contrarium alterius partis  
in continente , vel ex intervallo sequatur , valebit protesta-  
tio , & vitiabitur actus contrarius.

L I.

Obligationibus autem & negotiis metu perpetratis  
adiecta in continente protestatio facto contraria , actum  
reddit inutilem , & consensum protestantis abesse osten-  
dit.

Alioquin qui de iure contra naturam actus vel con-  
tractus reservando protestantur , nihil agunt.

L II.

Atque hæc obtinebunt , quando actui contraria est  
protestatio ; Sin autem adjiciatur facto ambiguo , declara-  
tionis vice fungitur.

L III.

Ideoque operabitur , ne interpretatio contra dubium  
actus autorem fieri possit.

L V.

Sicuti etiam in casu , quando aliquis in termino præ-  
fixo actum perficere impeditur , protestatio de impedi-  
mento obiecto & diligentia adhibita , ad negligentiae &  
moræ suspicionem evitandam , utilis erit , & omnino  
necessaria.

L VI.

Hinc qui simpliciter libello respondet , frustra postea  
contender , responsum animo litis contestandæ mini-  
mè factam.

L VII.

Sic in iudicium vocati , à iudice , de cuius iurisdic-  
tione dubitatur , comparebunt quidem , sed cum protes-  
tatione , se per talem comparitionem , vel alium quem-

B

cunque

enque actum non consentire in iudicem forsitan incom-  
petentem.

L V I I I .

Quanquam autem tutius sit ob receptum iudiciorum  
stilum à protestante illa verba addi. *Nisi in quantum de  
jure teneor*: Tamen ob illorum omissionem protestantem  
pro contumace non habendum, de iure verius videtur.

L I X .

Amplius qui fatalia appellationis, vel terminum pro-  
bationis sine protestatione diligentiae suæ præterlabi  
patiuntur, extra casum Notorii impedimenti, inconsider-  
atè agunt.

L X .

Protestatio præterea unius partis in contractibus, &  
negotiis utriusque consensum requirentibus, inefficax  
est ad alterius partis absentis, vel eam non acceptantis præ-  
judicium.

L X I .

Igitur coram illo quem interesse principaliter tangit,  
est facienda.

L X I I .

Qui si incertus sit, vel copiam sui non faciat, prote-  
statio interponenda est secundum formam. c. pastoralis  
11. §. fin. de offic. Ordinar. & l. ut perfectius §. fin autem  
C. de ann. excep.

L X I I I .

Vt autem protestatio alteri parti præiudicet, & ius  
quæsumum afferat, non sufficit eius taciturnitas, sed re-  
quiritur expressus consensus.

L X I V .

Vel præter taciturnitatem actus aliquis denotans con-  
sensum.

In illa

L X V .

In illa præterea specie protestationis , quæ inhibitione dicitur, causa inhibitionis est exprimenda à privato , à judice non æquè.

L X VI .

Sic apparens in iudicio ad impediendam missionem in possessionem certæ rei , nisi causas sui interesse adducat, iudici manus non ligabit.

L X VII .

Idem dicendum quando privatus privatum inhibitione protestatione ab actu aliquo dehortatur.

L X VIII .

Nisi enim protestationi causa inhibitionis iusta & sufficiens inferatur , contraveniens extra dolum & culpam erit.

L X IX .

Ex quo illud inferimus , protestationi inhibitoriæ , quæ se fundat super facto non verisimili, non parendum , nisi in continente probetur.

L X X .

Igitur Bannitus coram offensuro protestans, se à banno absolutum , sed absolutionem non probans, impunè offendetur.

L X X I .

In protestatione porrò incitatoria , qua emtor litem motam venditori denunciata, tenetur emtor copiam citationis & libelli venditori offerre.

L X X I I .

Quæ denuntiatio venditori est facienda , etiamsi litum motam esse aliunde sciat.

L X X I I I .

Ad incitatoriæ etiam protestationis materiam referunt illa denuntiatio, qua creditor debitorē ad solutionem promissam excitat.

B 2

Quæ

LXXIV.

Quæ denuntiatio ab ipso creditore debitori facta,  
cum sine ulteriore debiti probatione in mora constituit.

LXXV.

Sin fiat, heredi vel procuratori debitoris, debiti probatio est necessaria.

LXXVI.

Sin creditoris procurator vel heres eam interponat,  
fides de mandato vel successione est facienda.

LXXVII.

Extinguitur autem nuntiatio, seu protestatio inhibitoria cum aliis modis, tum morte & alienatione nuntiantis.

*Ex l. qui in potestate, 6. in princ. ff. de testam. c. I. ext. eod.*



LXXVIII.

In omni controversia super testamento orta in primis  
considerandum, an is qui fecit testamentum, habuerit te-  
stamenti factionem activam.

LXXIX.

Destituuntur autem ea filiifamilias.

LXXX.

Etiam quoad peculum profectitum & adventitium.

LXXXI.

Etiam si habeant consensum patris.

LXXXII.

Nec emancipatio filiifamilias ad solum testandi actum  
facta, eidem testandi potestatem ribuit.

Nec

LXXXIII.

Nec filius familias, si de statu suo incertus sit, vel erret  
testari poterit.

LXXXIV.

Imo licet communī omnium opinione habeatur sui  
iuris, tamen testari non poterit.

LXXXV.

Nec de ea quidem specie bonorum adventitiorum,  
ex quibus patri ususfructus non debetur.

LXXXVI.

Nec inter liberos quidem filius familias testari poterit.

LXXXVII.

Nec de dote adventitia filiae, quamquam marito iun-  
cta, testamenti condendi facultas competit.

LXXXVIII.

Quam tamen testandi facultatem iure & moribus Sa-  
xorum filiae maritatæ & viduæ habent.

LXXXIX.

Nec convalescit testamentum à filio familias condi-  
tum, etiamsi postea sui juris efficiatur.

X C.

Nec per clausulam codicillarem eiusmodi testame-  
tum sustinebitur.

XCI.

Nec in vim quidem donationis causa mortis. Nisi  
ille cui donatur præsens fuerit, & specialiter donationis  
causa mortis mentio facta fuerit.

XCII.

Opinio enim Alexandri affirmantis, illam clausulam  
si non valet iure testamenti, valeat iure cuiuslibet alterius  
voluntatis, sufficere, ut testamentum filii familias in vim  
donationis causa mortis sustineatur, nimis fragili inni-  
titur fundamento.

X C III.

In illa tamen celebri quæstione , an testamentum à filiofamilias ad pias causas factum valeat & affirmativam tuebimur.

X C IV.

Similiter, de bonis ab imperatoria maiestate donatis, filiusfamilias rectè testabitur.

X C V.

In iis quoque bonis , quæ maritus ad secunda vota transiens ex dote prioris uxoris liberis prioris matrimonii reservare cogitur, filiofamilias testanti facultatem competere post Alexand. asserimus.

X C VI.

Filius quoque clericus testamentum condere poterit de bonis patrimonialibus & hereditariis post clericatum acquisitis.

X C VII.

Qui verò ad bona ante clericatum acquisita idem extendunt, opinionem defendunt parum probabilem.

X C VIII.

Bartolo quoque requirenti , ut illa ipsa patrimonialia & hereditaria clericatus ratione clericis obvenerint, non assentimur, tanquam sibi ipso in hac quæstione contrario.

X C IX.

De iis præterea bonis clericis rectè testantur , quæ artificio , doctrina, labore proprio acquirunt.

C.

Quæ verò de fructibus & redditibus bonorum Ecclesiasticorum & præbendarum percipiunt clerci , de iis testamento disponere non possunt.

C.I.

Quod tamen adeo in desuetudinem abiit, ut generali Italiae

2  
290  
19

Italiæ, Hispaniæ, Galliæ & aliorum locorum consuetudine clericos etiam de fructibus præbendarum testari, Dd. passim afferant.

C II.

Imò clericis etiam ab intestato morientibus in bonis patrimonialibus & honesto labore acquisitis succendent cognati.

C III.

Aliud de monachis & monialibus dicendum, quorum bona omnia Ecclesiæ debentur.

C IV.

In omnibus etiam clericorum bonis pro Ecclesia militat præsumptio, illa de bonis Ecclesiæ acquisita.

C V.

Illud præterea indubitati iuris est : filiumfamilias de castrensi, & q. castrensi peculio testari.

C VI.

Sicut & illud, quod per statutum filiofamilias testandi potestas tribui possit,

F I N I S.



... und die Hinterseite  
der Buchdeckel ist mit  
einer Tuchbeschriftung versehen.  
Die Beschriftung besteht aus  
verschiedenen handschriftlichen  
Zeilen, die wahrscheinlich  
die Eigentumserklärung des  
Besitzers darstellen. Die Lesbarkeit  
ist aufgrund der Alter und des  
Zustands der Papierstücke sehr  
eingeschränkt.

2. 1. 32. 1. 2

Jura, Diss., 1579-1600



3

L  
Sb.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-214312-p0020-9

DFG

# Farbkarte #13

B.I.G.



353. D. O. M. B. I. 1592. II. M.  
CONCLVSIONES SEQVEN-  
TES DE PROMTAS  
SUBSTITUTIONIS  
EMATE EXECVTIONIS  
RIA PROTESTATIONIS  
TESTAMENTORVM A FI-  
LIIS FAMILIAS ET CLE-  
RICIS CONDITORVM.  
  
SVB PRÆSIDIO  
MAGNIFICIVIRI DOMINI  
IOHANNIS STROMERI IV-  
RIS CONSULTI, PROFESSORIS, ET  
FACULTATIS IVRIDICÆ IN IN-  
CLYTA SALANA ACADEMIA.  
ORDINARII  
PRO SVPREMO IN VTRQ  
QUE IVRE GRADV CONSEQUENDO  
PVBLICÆ CENSVRÆ VEL  
DISPVTATIONI SVBIICIET  
M. OTTO SCHVALENBERG  
STETINENSIS.  
CALEND. DECEMBER. ET  
DIE SEQVENTE AB HORA VII. MA-  
TTINA IN AUDITORIO NO-  
VO IVRISCONSVL.  
  
IENAE  
TYPIS TOBIAE STEINMANNI  
ANNO CHRISTI CIC CI XCI.